

Escola lib. de Co. leg. de
DE
OCCVLTIS *Cuenca*
LITERARVM NO-

TIS
SEV

ARTIS ANIMI SENSÁ
occulte alijs significandi, aut ab alijs si-
gnificata expiscandi enodan-
dique

LIBRI III.

IO. BAPTISTA PORTA
NEAPOLITANO AVCTORE.

EXPLICANTVR AVTEM INTER
cetera & veterum quoque scriptorum loca, hac
de arte loquentia, insidemq, petita.

SCIENTIA



IMMUTABILIS.



MONTISBELIGARDI

Apud IACOBVM FOILLET, Expensis LAZ-

ZARI ZETZNERI.

M. D. XCIII.

Il libro de la escuela de la espina de B. Porta

T Y P O G R A P H V S
L E C T O R I S . S .

Multò maximum inter cuiusque rei artifices imperitosque discrimen esse: vel ipsa experientia, non contemnenda ijs in rebus, quæ in agendo faciendoue consistunt magistra docemur. Hinc namq; & ædificaturi non ad factores sutoresuè confugimus: sed ad cæmentarios, fabros lignarios, architectos, aliosque artium eam ad rem pertinentium gnaros: Et e contra vestes aut calceamenta empturi, faciendae locaturi, nō ad hos sed ad illos nos cōferimus. Ac licet ijs qui animum non aduertunt, mechanicis tantum in artibus id obtinere videatur: in reliquis tamen omnibus quarum finis præcipuus est, aut actio aut operis cuiusdam effectio, idem quoque locum habere, & monentibus viris doctis credimus, & in quibusdam nos ipsi pro ingenij tenuitate sic fat manifestò deprehendimus. Sunt autem eius etiam generis ars ciuilis & militaris, eo ipso à veteribus hoc dictæ nomi-

IOAN. BAPTISTA E

PORTAE NEAPOLITANI DE

OCCVLTIS LITERARVM NOTIS,

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Quid sint furtiuæ literarum notæ.



OCVLTAS seu furtiuas & notas a. i. Definitio attributi. politioris literaturę viri eas literas appellant, quę artificio huiusmodi cõfictæ sunt, vt nõ possint ab alio, quàm ab eo, cui literę destinãtur, interpretari. Quod si rectè nobis animaduersum fuerit, id nomen literis illis congruere plane videbimus, quas nostrates vulgò b. Ziferas. ZIFERAS nominant. Has igitur furtiuas literas si maiorum nostrorum monumenta percurrentibus, licebit quicquam animo coniecturę, c. a. Definitio integra ipsarum literarum occultarum nil aliud nisi notas esse dicemus, quibus vel occultè vel breuiter aliquid reiggnaris, quibus rem exploratam volumus, manifestamus. d. Nota quid. e. Etymol. 1. cap. 11. f. Notarij. Notas d. verò appellamus, quòd literas, syllabas, & dictiones, (vt Isidorus, ait) præfixis Primus finis occultatio. characteribus notent, & legentium animos ad significationum notitiam reuocent, quò fit, g. i. Exemplum in factis: de quo cap. 2. & 9. vt qui eas scribant, notarios appellamus. Quod si earum usum perspexerimus, his tãtum rebus eas insequere dicemus, cuiusmodi sunt, res sacrę, occulta-

à fulgore & radijs ☉ Solem, à speculo ♀ Venerem, à caduceo ☿ Mercurium, à crescentibus, & decreascentibus cornibus ☾ Lunam. Sic & horum aspectus, triplicitates, & octauæ Sphærae configurationes notant. Chymica quoq; ars ijs vtitur, vt obscure simplicia describat, quæ non nisi à prudentum lectione vindicentur. Ammoniacum itaque salé chymici delta Δ litera notant, arsenicū ☿, sic auripigmētum, & huiusmodi reliqua, quæ suis modis recenseri superuacanei laboris esset. Nec musici suis carent notulis, ad tempus siquidem mensuramque denotandam diuersos excogitauère characteres, vt in eorum libris planè videre est. Erant & militares notæ apud veteres, in breuiculis enim, quibus militum nomina continebantur, propriæ erant, in quibus duces militum numerum, quot ex ijs superessent, quotq; in cladi- bus occubuisent inspicerent, nam qui supererant T thau versiculi initio notabantur, qui verò ceciderant θ thita, quasi haberent per medium telum Martis signum.

De thau, quod salutaris sit nota, legitur in Ezechiele: Et scripsit thau super frontes virorum gementium. Eoque modo θ thita damnationis & mortis erat nota. Perſius ad id.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.
Si pueritiam denotare vellent, lambda litera λ veteres vtebantur, sic & ad designandam stipendiorum largitionem propriæ erant notæ. Quare colligendum est, omnes scientias proprios sibi characteres asciuisse, quib. occultius, breuiusq; scientiarum materiæ traderentur.

y VII. In chymicis.

z VIII. In musicis.

a IX. In arte militari.

b Satyra 4. de ibi Annotis Fozuel.